



Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

IV. An in statu innocentiae homo fuisset immortalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

SECTIO IV.

An in statu innocentiae homo fuisset immortalis.

DVplex est immortalitas, ut notat Mag. in 2. dist. 19. vna, qua quis potest non mori, altera, qua non potest mori; & de priore tantum quæstio intelligenda est: certum est enim, secundum immortalitatis genus proprium esse tantum status gloriæ post resurrectionem.

Hæc distinctione supposita, dicendum est, hominem in statu innocentia futurum fuisse immortalem priori modo; hoc est, quod si non peccasset, potuisset non mori. Hæc veritas, quæ de fide est, constatum ex scriptura, Sap. 1. *Deus mortem non fecit;* & cap. 2. *Deus creauit hominem inextinguibilem,* &c. Inuidia autem diaboli mors intruit in orbem terrarum; tum ex Conc. Mileu. can. 1. & Trid. sess. 5. vbi hæc veritas tanquam fide certa definita est.

Quæres, quānam ratione fieri potuisset, ut homo in illo statu immortalis extitisset; siquidem corpus eius, ut pote ex quatuor elementis compactum, naturā suā fuisset dissolubile? Resp. immortalitatem hominis in statu illo causandam fuisse, tum ex prouidentia Dei speciali, quā fuisset ab omni laſione agentium externorum præseruatus; tum etiam ex esu fructuum arboris vita, quibus præter id, quod illis cum aliarum arborum fructibus commune erat (nempe alere, & nutrire hominem) duplex adhuc inerat vis; vna reparandi humoris radicalis, illiusque in primigeniam puritatem restituendi; altera caloris nativi corrobordi, ipsiusque vigorem pristinum restaurandi. Ita S. Thōm. quæst. 97. a. 4. & constat præterea ex S. Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 26. vbi etiam docet, hominem in statu innocentia non solum immortalem futurum fuisse, sed & impassibilem, hoc est, omnis laſionis, & immutationis corruptiæ experient; quod & probat S. Doctor art. 2. ex eo, quod si passibilis fuisset, fuisset etiam corruptibilis, ac proinde mortalis; quod enim pati potest aliquid naturæ sūæ contrarium, potest etiam corrumpi.

K 3

Eft

Eft autem hīc obſeruandum 1. ex S. Doctore cit. art. 4. lignum illud vitæ, virtutem habuiffē conferendi immor-talitatem, non absolute, & ſimpliſter, ita vt, qui ſemel de illius fructu comedifſet, mori amplius non potuiffet; ſed tantum uſque ad certum aliquod & determinatum tem-pus, quo elapſo, vel homo ad ſtatum gloriae translatuſuiffet, vel illius eſu iterum vi debuiffet.

Obſeruandum 2. ex eodem S. Doctore quæſt. 102. a. 1. Paradisum illum, in cuius medio dicitur lignum vitæ plantatum fuiffe Gen. 2. & in quem primus homo poſt creationem à Deo translatus eſt, eſſe verum & corpore-um locum in partibus Orientis ſitum, & maximā aëris temperie präditum. Id conſtatrum ex cap. 2. Gen. vbi & locis, & arbores, & uimina Paradiſi adeo accurate com-memorantur, vt manifeſte appareat, eā narratione non aliquid mysticē, & figuratē ſignificari, vt Philo & Orige-nes falſō existimārunt, ſed historiam veram proponi, vt recte probat S. Chrysost. hom. 13. in Genesim; tum etiam ex traditione Eccleſiaꝝ, cuius teſtis eſt ſexta Synodus gener. actione 13. vbi approbatuſ epift. Sophronij, qua actione 11. recitata fuerat, in qua epift. Origenita da-mnatur ex eo, quod präter plurimos alios errores etiam contra paternam & Apoſtolicam traditionem, Paradiſi planta-tionem proiecerint.

Quæres, an adhuc extet ille Paradiſus; an verò aquis diluuij vel aliquo alio modo fuerit deſtructus? Reſp. S. Iren. lib. 5. contra hær. cap. 5. S. Athan. in epift. de Nicæna Syn. cap. 3. & quosdam alios SS. Paſtres existimare, Para-diſum illum adhuc extare, in eamq; Enoch, & Eliam fu-ifſe translatos, ibiq; etiamnum adhuc viuere: ſunt e contrā quidam alij, qui illum non amplius extare ſentiunt: alij denique mediā viā incedentes, re-gionem illam, in qua Paradiſus erectus fuit, adhuc extare quidem arbitriantur, iplas tamen loci delicias, ar-bores, fontes, aliaque ornamenta Deo ita volente ex-poleuiffē, vt mitum non ſit, certa eius aliqua uestigia nu-quam gentium reperiri.

CA-